



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

V. Nicolaus von Werle beurkundet nochmals dem Kloster das Landgebiet Drans mit dem ihm gebührenden Zehnten, mit dem See und mit dem Bache überlassen zu haben, im J. 1244.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

ecclesiam de amelungesborne donatione sua respexerint, nos etiam pro remedio anime nostre, ob spem eterne retributionis, iam dicte ecclesie, de consensu capituli nostri iuxta dranzl stagnum, sexaginta manforum decimam contulimus, domino Stephano hoc negotium promouente, vt autem hec sollempnis nostra collatio, perpetue robor obtineat firmitatis, et a nullo successorum nostrorum ualeat irritari, hanc paginam inde conscriptam, sigilli nostri appensione, et testium inscriptione fecimus roborari anathematis uinculo percipientes, si quis quod absit, hec immutare, uel in posterum presumpserit irritare. Testes huius donationis sunt hii, Appollonius prepositus, Sifridus decanus, Rodolfus scolasticus, Laurentius custos, Godofridus abbas de doberan, et alii quam plures clerici et laici. Acta autem sunt hec anno gratie M^o CC^o XXXIII^o Indictione VI. Datum in Buzhiowe, XV^o kalendas iunii, per manum petri notarii.

IV. Bischof Wilhelm von Havelberg schenkt dem Kloster Amelunxborn den großen und kleinen Zehnten zu dem Hofe bei dem Dranse, im J. 1242.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wilhelmus dei gracia havelbergensis episcopus omnibus Christi fidelibus presentis scripti inspectoribus in perpetuum hortatur nos apostolus vt dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes maxime autem ad domesticos fidei, consequenter promittens quod tempore suo metemus non deficientes. Bonum est igitur et expediens, seminare in terra cuius proueniat messis in celo. Huius boni contemplatione persuasi, omnes decimaciones tam maiores quam minores ad nos pertinentes curtis adiacentis stagno dranse, quam dominus nicolaus princeps nobilis de Werle dilecte nobis ecclesie amelungibornensis cisterciensis ordinis contulit, libere eidem ecclesie in perpetuum donauimus possidendas, cum prompto et affectuoso capituli nostri consensu, ut ex hoc eadem ecclesia amelungibornensis et nobis de captulo nostro oracionum suarum debitum et semper persoluat, debeat nichilominus sine fine, vt igitur hoc factum a sciencium memoria non recedat, et nescienti notum fiat, et robor habeat, scripsimus in presenti pagina appensis in ea nostro et ecclesie nostre sigillis. Testes autem huius donacionis sunt, Bertoldus prepositus, Heinricus custos, Bertoldus camerarius, Robertus, Johannes, Wipertus et alii canonici havelbergenses. Acta sunt hec anno domini M^o CC^o XLII^o Pontificatus nostri anno XXXIII^o

V. Nicolaus von Werle beurkundet nochmals dem Kloster das Landgebiet Drans mit dem ihm gebührenden Zehnten, mit dem See und mit dem Bache überlassen zu haben, im J. 1244.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus de Werle et dominus in gutzowe omni generacioni que ventura est in perpetuum. Quoniam omnes ante tribunal Christi stabimus redditori rationem de operibus nostris que in corpore gessimus, siue fuerint bona siue mala, necessarium est unicuique sibi per elemosinarum remedia pro peccato ueniam postulare, et pro terrenis celestia commutare. Et quia suis spaciis transeunt vniuersa, et labilis est hominum memoria, oportuum videtur si que volumus ad posteritatis noticiam transmittere scripturarum testimonio roborare. Notum sit igitur vniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus, quod de pa-

trunio nostro aliquam portiuenculam in terra ditionis nostre sitam Dranf nuncupatam cum decima nos contingente. et stagno similiter adiacente cum decurrente riulo. venerabili ecclesie dei et sancte eius genitricis semperque virginis marie que est in amelungiborna cisterciensis ordinis hildensemensis diocesis pro remissione nostrorum peccaminum ac vxoris nostre iudite. heredumque nostrorum salute. ab omni iure vel seruitio secularis potestatis exemptam cum omnibus pertinentiis et utilitatibus eius in perpetuum vsus concessimus possidendam. in filiis pratibus pascuis agris campis cultis et incultis. in byosco et plano in stagnis molendinis aquis. aquarumque decursibus piscariis nemoribus vsuagii in uis et semitis. communibus et priuatis. et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus eius. Notificamus etiam sancte vestre vniuersitati quod venerabilibus fratribus supradicte ecclesie. quorum fraternitati et orationibus nos commendauimus. liberam dedimus potestatem vocandi ad se et collocandi ubicunque voluerint in possessione prefata cuiuscunque generis homines et cuiuscunque artis. et ipsas artes exercendi. Et siue per conuersos proprios. siue per alios homines seculares. supradicta bona excolere voluerint. liberam dedimus facultatem. illud super omnia adicientes. vt eo deuotius et fiducialius iam sepius dicti fratres pro nobis et nostris progenitoribus ad dominum intercedant. quod idem coloni et omnes in supradictis bonis commorantes liberi sint et immunes. ab omni inquietudine comitum. vel iuris nostri executorum. ab urbium pontium aggerum extructione. nec non et ab extorsione vectigalium et theloneorum. et ab omni expeditione. ita vt nemini seruire teneantur ex debito nisi soli deo et amelungebornensi monasterio. nec aduocatum quemquam de nostris habeant super se vel iudicem. nisi abbatem solum. cui damus iudicariam potestatem in omni causa. vel cui abbas vicem pro se commiserit iudicandi. Terminos autem de supradictis bonis quos personaliter multis in presencia constitutis distinximus. a stagno qui dicitur rideranke vsque vohole. et inde vsque zwinerich. et inde vsque schiltbroke. et inde vsque in bale. in perpetuum a cunctis Christi fidelibus. et maxime a nostris heredibus rata haberi volumus. vt autem hec nostra donacio per successura temporum momenta firma permaneat et inconcussa. hanc paginam. inde conscriptam sigilli nostri appensione ac testium inscriptione sanam duximus roborandam. Testes hi sunt heinricus et Johannes filii nostri. Milites vnizlaus. gerozlaus. iohannes de hanelberch. heinricus dargaz. heinricus grubo. Robertus de brelin. geroldus aduocatus. Otto burfere. Otto bawarus. arnoldus de noua ecclesia. Swiderus sacerdos de siwan. et alii quam plures. Datum in Robele. anno dominice incarnationis. M^o CC^o XLIII^o Indictione II. Prefidente cathedre romane sedis. pio papa innoentio. huius nominis III^o anno pontificatus eius I^o.

VI. Nicolaus, Heinrich, Johann und Bernhard von Werle verkaufen dem Kloster Amelunborn das Eigenthum des Dorfes Klein-Berlin, im J. 1274.

In nomine domini amen. Nicolaus dei gracia Heinricus. Johannes et Bernardus. filii sui. dicti de werle. omnibus hoc scriptum iuris in perpetuum. Ne rei geste memoria deleatur et in posterum omnis malignandi occasio auferatur conscribere solemus acta nostra et ea litteris auctenticis commendare. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum uolumus peruenire. quod nos de unanimitate consensu heredum nostrorum proprietatem uille minoris Berlin ab omni iure uel seruitio secularis potestatis exempte. cum duobus stagnis adiacentibus. receptis ab ecclesia in Amelungeborne XL marcis Brandeborgensis argenti. Eidem ecclesie cum omnibus pertinentiis et utilitatibus eius. In filiis. pratibus. pascuis.